Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ille qui offero deo orationes tuas. et nullus
alius
est, qi aduitor sit meus rogandi pro uobis
deum. nisi michahel archangelus eui cre-
ditus est populus iudeorum. Et uiterum hoc
tempore ego et princeps greccorum comunu
labore aduersum persarum principem di
micamus. Reuoluendae sunt ueteres hysto
riae. et considerandum ne forte illud tempus
significet. quando per se a greecis superati
sunt. Iuxta editionem uulgatam usq;
ad finem libri una putatur uisio. quae
anno tercio cyri regis persarum apparuit
daniel. Porro iuxta hebraicam ueritatem
separata sunt quae sequuntur. et scripta
ordine ppostero. de eiusdem causis supra
diximus. Non enim sub cyri anno tercio.
sed sub darii primo qui subuertit baltha
sar narrantur ista quae scripta sunt.

Visio vigesima. Et ego ab anno primo
darii medi stabam. ut confortaretur et
roboraretur. Ego inquit daniel ab anno
primo regis darii qi subuertit chaldeos.